

CANTUS MARINELLAE

Versio Latina a Lucia Mattera omonimi carminis Fabricii De André



Haec pulchrae Marinellae historia vera est,

quae lapsa est in fluvium primo vere,

sed ventus qui eam vidit ita bellam

a fluvio eam transtulit usque ad stellam.


Sola sine memoria ullius doloris,

vivebas sine somnio ullius amoris,

*sed rex sine custodia nec corona
pulsavit quondam ter, captus amore.*



*Tu eum secuta es sine ratione,
ut quidam adulescens aquilonem.
Sol erat et tibi pulchri erant ocelli,
basiavit tibi comam et labella.
Luna erat et tibi iam oculi lassi,
amplexus arte te, in amore mansit.*



Savii et risus fuerunt eo momento,
ut stellae lilia sunt in firmamento.
Viderunt te laetantem amore Certo,
fremebat pellis tua saviis et vento.
Dicunt attamen te, dum recurrebas,



in fluvium lapsam esse, ubi nesciebant.

Ille te mortuam, non!, putare noluit,
centum annos ad te pulsare semper voluit.

Hic tibi cantus est, mea Marinella,



quae in caelum ibas astro, nova stella,
sed omnia pulchra transeunt in momento
et te rapiebat e vita avidus ventus.



